

213.

PRÆMATURUM FUNUS
VIRI-JUVENIS

Nobilissimi atque Præstantissimi

**DN. JOHANNIS
CHRISTOPHORI**



Philos. & L. L. Cultoris strenui,
Die XXI. April. Anno MDCCXV. Ætatis anno XXIII.

Die XXIX. ejusdem mensis in Templo Traghei-

mensi honorificè tumulati,

LUGUBRI CARMINE

prosequuntur

**RECTOR ET PROFESSORES REGIÆ
ACADEMIÆ REGIOMONTANÆ.**

REGIOMONTI, Literis REUSNERIANIS.

Hilius ætatem nequuit contingere Patris
Templi præclarum Qui decus Arcis erat.
Fratribus adjiciat demptos DEus optimus annos
Sic Hahnii nomen floreat opto diu.

cond. scrib.
Theodorus Pauli, D.
Acad. p. t. Rector.

HAHNI fata vocant, non exorabile mortis
Imperium dura te quoque lege notat.
Nec juvat ætatis primo quod flore virebas,
Nec quod te studiis tollere promptus eras.
Omnia sunt linquenda tibi: tamen omnia felix
Accipis, an terram non valet ergo Polus?

lmg.
Bernhardus von Sanden, D.
S. Th. Prof. Primar. S. R. M. in Prussia Concion. Aul. Pr.
& Consil. Consistor.

Hastalides, mœstos heu fundite pectore fletus,
Luge cultorem docta corona tuum.
Insomnis sœvo jugulatur funere gallus,
Mortis fraude canens illaqueatur avis.
Nomine gallus erat, svavis sed carmine cygnus,
Dulcisono æternum prædicat ore DEum,
Emoriens tristem vitâ sic deserit orbem,
Ut canat æthereos voce sonante modos.

Joh. Stein, D.

HEmpore dum verno cernuntur crescere flores,
Flore suô NOSTER, morte cadit rapidâ.
Ast! cessent Fratres, lacrumas profundere tristes,
Credant Defunctum, vivere perpetuo!

Lugens scribebat
Jacobus Finckenau,
Med. Doct. & Prof. Ordin. Tert.

Hui moritur Dilecti mox à morte Parentis,
Ille Patris charus Filius esse solet.
HAHNUS eheu! dum moritur florentibus annis
Exemplo mortis comprobat hocce suæ.
Cum Patre junctus vivit terque quaterque beatus,
Et sentit summi gaudia mille poli.

Honoris & memoria ergo condol. pos.
H. v. Sanden, D.
Prof. Phys. Ord. & h. t. Facult. Philos. Decanus.
Omnia

Mnia dum vernant, dum formosissimus annus,
Flos Juvenum subita morte peremptus obit:
Omnibus ut constet, quod non periturus in orbe
Sed quod sit perpes flos Paradisiacus.

Georgius Thegen,
Phil. Pract. P. P. Ordin. Facult. Philosoph. Senior.

Cum Christo vixit, cum Christo * transit ad astra
HAHNUS, in vita morteque faustus erat.
* Dominica Transitus s. Paschalis.

David Blæsing,
Mathem. Prof.

Nstudii ardor res est præclara gerendis:
Musarum plectris ingeniumque datur.
Ingenui virtus, virtutis gloria major:
Quæ venit excubus, ingenioque minor.
Excitat ingenium studiis accensa voluntas;
Deprimit at cessans ingeniosa quies.
Proh dolor! extinctus febrili ardore Beatus:
Cujus nunc studiis optimus ardor abest.
An minor in studiis, an major in igne repertus?
Majorique solet cedere flamma minor;
Si reputes corpus terrenum, straminis instar,
Vel procul amotô funditus igne perit.
At desiderium mentis fervore perenniat
Parte, animo, durans nobiliorè sui.
Molliter in terris nunc ossa perusta quiescant:
Mens trahat in cœlis dulce refrigerium!

Lug. pos.
M. Hier. Georgi, P. P.

Ndem das Leben lebt und aus dem Grab auffstehet/
Wird in das Todten-Grab, Herr Hahn gesencket ein;
Hie muß sein Ruhe-Bett und seine Kammer seyn/
Woraus die Seelen-Ruh aus ihrer Ruhe gehet.

Er wird am Oster-Zag bestriickt mit Todes-Banden
Dem Leibe nach/damit sein Geist dort feyren mag/
In Freyheit und in Krasst/ den ersten Oster-Zag/
Mit dem der in der Krasst am Oster-Zag erstanden.

Ihr Hoch-Betrübte habt das Oster-Fest gehalten
Mit vielen Thränen/ da die ganze Christenheit
Mit Freuden jubilirt/ weil Gott zu dieser Zeit
Euch Euren nahen Freund und Bruder läst erkalten.

Dencft

Denkt aber nach dem Glück / so Er vor Euch gemischt/
Ihr trauret hie / er jaucht / ihr weinet hie / er lacht/
Ihr lebt in Schwachheit hie / er dort in Christi Macht/
Euch küsst hie Judas Kuß / Ihn aber Jesus küsst.

Drumb du erbläster Leib / den jetzt der Sarg bedecket/
Geh hin in deine Gruft / geh hin zu deiner Ruh/
Schleuß deiner Augen Licht und deine Kammer zu/
Biß dich der Lebens Fürst zum Leben auferwecket.

Du seel'ger Geist geneuß die Seeligkeit der Frommen/
Du lebst bey Gott und bey der Außerwählten Schaar.
Ihr Zeiten eylet fort / ihr Stunden Tag und Jahr/
Dass wir auch bald zur Schaar der Außerwählten kommen.

Also schrieb den hochbetrübten vornehmen Leydtragen-
den zu einiger Aufmunterung mit verbundener
Feder/

M. Michael Gehrke
Prof. Phil. Publ.


 Antica mœsta Tuis moriens HAHNI cecinisti,
Nec cantus Ipsiſ latus, ut ante, dabis.
Sic est, Lingva ſilet, Cantus nunc desit omnis,
In Cœlo verò Vox geminata ſonat.
Ergo triftia in media Mœſti ſileatis,
Plaudatis potius, non doleatis Ei.
*Hecce brevia in prematurum obitum Doctissimi Domini Hahnii,
optima ſpe Juvenis, adjicere voluit,*

M. Heinricus Oelmannus,

Philosoph. Primæ Prof. Publ. Extraord.

 Greditur JUVENEM doctum, bene vivere doctum,
Ah! nimium propero mors furibunda gradu,
Ictu ſic gemino percellit pectora plura.
Sangvineo quondam ſedere juncta ſibi,
Attamen expellant luſtum, nimiumque dolorem
Vivit enim moriens, dum bene vixit humo.
*In ſolarium Excellentissimi jam vero mœſtissimi B. HAHNII, FRA-
TRIS, Fautoris, Collegæ & Amici eſtumatisſimi, hac
adpoſuit*

M. Thomas Burckhardus,
Profess. Poēeos Publ. Extraord.



3995